

† Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo
septuagesimo Quarto. Regnante domino nostro Karulo dei
gratia illustrissimo Rege sicilie *etc.* ac Romani imperii in
tuscia per Sanctam Romanam ecclesiam vicario generali.
Regni vero eius anno nono feliciter amen. Mense septem-
bris quintodecimo eiusdem secunde Indictionis. Apud Cal-
vellum. Ego Iacobus de forraro Baiulus calvelli Iordanus
de sancto antonio eiusdem terre Iudex. et Guillelmus eius-
dem terre notarius totaque Universitas ipsius congregata
(sic) in unum facientes quoque ad Mandatum Egregii viri
domini Alfanti de santo amantio Regii Iustitiarii Basili-
cate per licteras nobis factum. de mictendis duobus sin-
dicis universitatis nostre sub pena quinquaginta unciarum
auri ad Nobiles viros dominum Bonum Consilium et de
Caro et socios distributores statutos pro parte Regie Curie
in Iustitierato Basilicate super Regia nova denariorum Mo-
neta imposta. per regiam curiam singulis terris eiusdem
provincie et recipiendis quantitatem ipsorum denariorum
contingentem universitatem ipsam prout in cedula. exinde
confecta plenius continetur. Eligimus Guillelmus de gu-
sullo (?) et Iordanum de Magistro Riccardo. concives no-
stros et Sindicos nostros de Melioribus fidelioribus et dic-
tioribus. eiusdem terre ad recipiendam quantitatem dicto-
rum novorum denariorum contingentem universitatem eam-
dem promictem eisdem ratam et firmam habere omnem
obligationem promissionem et convenientiam quas iidem
sindici nostri cum eisdem distributoribus pro parte uni-
versitatis nostre duxerint faciendam. obligantes nos uni-
versitatem eandem et singulos de eadem universitate sub
[ypot]heca. omnium bonorum nostrorum universitatis ip-
sius et singulorum de eadem universitate sub peculio (?) ei-
usdem prout omnia dicta sunt totaliter adimplere tamquam
si nos ipsi presenti essemus. Unde ad futuram memoriam
et tam Regie curie quam predictorum distributorum. cau-
telam. presens publicum Instrumentum sindicatus ipsis